

uerant.^a Miles in loco prælii Tyberium imperatorem salutauit, struxisse aggerem & in modum trophæorum arma, subscriptis victoriarum gentium nominibus, imposuit. Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia,^b quam ea species dolore & ira adfecit. Qui modò abire sedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt plebes, primores, iuuentus, senes, agmen Romanum repente incursant, turbant, postremò deligunt locum flumine & syluis clausum, arcta intus planicie, & humida; sylvas quoque profunda palus ambibat, nisi quod latus unum Angriuarii lato aggere extulerant, quo à Cheruscis dirimentur, hic pedes adstiterit; equitem propinquis lucis texere, ut ingressis sylam legionibus à tergo foret.^c Nihil ex iis Cæsari incognitum: consilia, locos, prompta, occulta nouerat, astusque hostium in perniciem ipsis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem^d campumque. Peditum aciem ita instruxit, ut pars æquo in sylam aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur.^e quod arduum sibi, cætera legatis permisit, quibus plana euenerant, facile intrupere: quis impugnandus ager, ut si murum succederent, grauibus superne iætibus conflictabantur. Sensit dux imparem cominus pugnam,^f remotisque paulum legionibus, funditores libratoresque excutere tela, & proturbare hostem iubet. Misera è tormentis hastæ. quantoque conspicui magis pugnatores, tanto pluribus vulneribus deieci. Primus Cæsar cum prætorijs cohortibus capto uallo dedit impetum in sylas, colato illic gradu certatum. Hostem à tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebat.^g vtrisque^h necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoria. Nec minor Germanis animus, sed genere pugnæ & armorum superabantur, cù

ⁱ Sicili. 13. Ann.
Sibi que
valiosissimum
in capite
ra cognomen
de Volandum
summi mirora
Cornelio Flaco
legato, &
Iffeo principi
calitudo pra
fatio mirata.

O B S E R V A T I O N E S.

a Ad eternam memoriam insignis alicuius victoriae, quo in loco parta est, ibi ab exercitu princeps salutari, strati agger, armaque in modum trophæorum imponi debent, subscriptis nominibus gentium ab eo victoriarum, cuius auspicio bellum geritur.

b Non tam vulneribus, luctu, excidijs, cladique irritantur homines, quam ignominia accenduntur ob spolia sibi erpta, hostibus gloria, sibi perpetua ignominie monumenta.

c Si imperator quam debet diligentiam adhibet in cognoscendis hostium consilijs, locis, promptis, occultis, hanc dubium est, quin illorum astus in perniciem ipsis veritat.

d Nihil in re bellica magis tritum est, quam equitatum campo, & locis apertis locari debere.

e Hoc est argumentum maximi, ac prestantissimi ducis, quod arduum est, id sibi sumere, cætera iis, quibus mandata sunt munia exercitus permittere.

f Ridiculè quidam sentiunt, nunquam inde referendum esse quod semel intuleris, pedem, ac proinde imperio magis, belluarum more, quam ratione, & consilio cum hoste pugnandum, quam sane sententiam veritati aperte repugnare, hoc Germanici prudentissimi dux exemplo doceri quisque potest.

g Cum necessitas est in loco, hoc est, cum æquis locis ita pugnatur, ut hostium illinc excedere neueri liceat, spes omnis est in virtute, salus ex victoria.

h Necesse est spem, spes virtutem, virtus victoriam, Victoria salutem parit.